Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

Τὰ σωζόμενα

Τῶν παλαιοτέρων

Ποιητῶν

ΓΕΩΡΓΙΚΑ, ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ, καὶ ΓΝΩΜΙΚΑ.

Vetustissimum Autorum Georgica, Bucolica, & Gnomica poemata, quæ superſunt.

Accessit huic editioni

Is. Hortiboni Theocriticarum Lectionum libellus

Cætera sequentes paginæ indicant.

Coloniæ Allobrogum.

Apud Iohan. Vignon.

M. DCXII.

TYPOGRAPHVS LECTORI beneuolo S.

Ne sis nescius, lector, quid in hac nostra editione, præter ea quæ priore habuisti, sit præstitum, paucis rem habe:

Primùm Græca vt quàm emendatissimè ederentur operam studiosè dedimus:

Deinde in Latina interpretatione multa fecimus meliora.

Tertiò, quædam adiunximus carmina partim Theocriti, partim aliorum poetarum, quæ in priori deerant: quædam etiam quæ in nullis reperias.

Musæi quoque poema & propter elegantiam, & quia non videbatur argumentum alienum, edere visum est.

Postremò, Isaaci Horibani Lectionum Theocriticarum libellum addidimus, in quo tum Theocriti tum aliorum poetarum loci non pauci quâ emẽdantur, quâ explicantur.

I. CRISPINI. de sua editione διστιχον

Si decus est paucis quàm plurima dicere, & aplo:
Quidni etiam exiguo claudere multa libro?

OECONOMICA TOTIVS OPERIS PRÆFATIO,

IOHANNIS CRISPINI.

GRAVIORIBVS defessum laboribus quid vetat in amœnos nonnunquam Poetarum hortos requiescendi gratia excurrere? Sanè fuit ea mihi iam dudum in promo vendis (quoad potui) literarũ studiis voluntas, vt quum à grauioribus illis, imò primariis Autoribus edendis otij quid superesset, secundariis qui ad humanitatem pertinent, impenderem. Maximè verò iis qui viciniores origini, vt Plato monet in Philebo, minus attactarum sordium habent: qui verbis lectis, aptis & illustribus idem effiiunt, quod pictores præstant suis pigmentis candoris ac ruboris, & aliis cuiusque generis coloribus scitè omnino adhibitis & eleganter. Ac quum superioribus annis ab Homero poetarum principe cœptum esset, nunc alterum ab illo, Hesiodum Ascræum illi ὁμόχρονον, Theognidem quoque & Phocylidem: Theocritum aliósque primarios Poetas, qui ob excellentis & exquisitæ scriptionis dotes vetustatem ferre potuerunt, prosequi non iniucundum duximus ea forma quæ & domi & foris oblectet, nec impediat circumgestantem. Distinximus quidem eos velut in tres classes, quarum primam Hesiodi

operibus τοῖς συζωμάσεις: secundam Theocrito, ac reliquis Εἰδυλλιογράφοις: tertiam ipsi Theognidi cæterisque Γνωμολόγοις hac exiguitate dedimus, vt in vnum volumen coire omnes possint, quorum seriem subiecta huic Epistolæ tabula demonstrabit.

Quid porrò præstitum sit hac editione non est pluribus recensendum: ipsa re cognoscent candidi Lectores: ne aut prolixiori præfatione periucundam horum Poetarum lectionem remorer, aut verecundiæ terminos nimia commendatione transiliam. Spero equidem susceptum hunc laborem inque eo doctorum virorum præstitam operam atque industriam studiosis nec inutilem nec ingratam futuram, cùm & Latina versio, quæ de Græcis fideliter expressa est, omnibus è regione coniuncta detur: tum etiam breuibus ea annotationibus indicata sint quæ necessaria erant, huiúsque enchiridioli modulo potissimùm conueniebant.

Atque vt ingenuè semper agnouimus à quibus profecimus, præter eos quorum elucubrata studia in hos Poetas citata extant, pleraq. nobis benignè communicauit D. Portus Cretensis, vir Græcè atq. Latinè doctissimus: multa etiam apud B. Marcuardũ contulit C. Auberius Triumcurianus, præsertim in iis quæ Simmiæ Rhodio attribuuntur; quæ præterquam quòd sunt αἰνίγματα arbitratu veteris Autoris efficta corruptissima erant. Ioannes Pediasimus Theocriti Σύριγγα declaraturus, quantis difficultatibus afficeretur, antè testificatus est his verbis: τὸ δὲ τῆς Θεοκρίτου σύριγγος αἰνίγμαπι μὲν ὅμοιον, διά τε τὴν τῶν μετεωρίσεων πύκνωσιν, καὶ διὰ τὸ ἀκροδιγῶς τῆς μνημονευθεισῶν ἰσοριῶν ἔχεσθαι, καὶ τὸ ἐλλιπὲς πᾶσιν τάξεως καὶ ταύτην μὴ κατὰ τὴν ἀπλῆν συνάθροιν διὰ πίνακος ἔκφυλον, πολλὴν ἐμποιοῦσαν ἀσάφειαν. Quæ antè præfatio æquius de Quo, Alis, ac Secari, æni-

gmaticis Simmiæ commentis prædici vsurpasque meritò possent. Hæc verò breuibus idcirco non abs re præfamur, vt intelligant studiosi adolescentes, per exiguos quidem dari hos libellos, sed refertos tanta Poetarum veterum gaza, tam multiplici rerum sententiarúmque grauitate ac varietate plenos, vt maiora volumina non solùm operarum & operis difficultate superent, verùm etiam vtilitatem grato compendio (his præsertim temporibus alioqui perturbatissimis) coniunctam habeant,

POETARVM QVI TRIbus distinctis libris, vno tamen ἰσχνῷ comprehenduntur, catalogus.

I.

GEORGICA.

HESIODI ASCRÆI, OPERA & DIES.

Apud veteres ediscebant pueri Hesiodum, cuius autoritas tanta erat vt ipsius carmina tanquam oracula & ἀξιώματα quædam communi sermone vsurparentur.

SCVTVM HERCVLIS.

Dionysius Longinus Rhetor, in libro περὶ ὕψους, quem hoc ipso anno edidimus, videtur ambigere an Aspis sit Hesiodi genuinum opus.

ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

Annotationes in Ἔργα καὶ Ἡμέρας, Phillippo Melanchthone potissimùm, Frisio & Gabbitio debentur.

THEOGONIA eiusdem Poet. Cui addita genealogiarum compendiaria descriptio, nobis à D. Porto Cretensi communicata, plurimum lucis adfert.

II

BVCOLICA.

THEOCRITI SYRACVSII Eidyllia, apta ad Poetices principia excolenda, quæ à primis pastorum quietis meditationibus profecta dicuntur. Virgilius à *Pastoribus* exorsus ad *Aratores* se transtulit: & ab Aratoribus ad Heroas: qui etiam Pastorum requiem in ipso Eclogæ, 1. principio ob oculos posuit,

Ti yre tu patula recubans sub tegmine fagi, &c.

V. Vvinsemius aliique hæc Eidyllia exposuerunt.

SIMMIÆ RHODII,

OVVM. ALAS. SECVRIM.

Restituit suis metris, enodatéque exposuit Auberius.

MOSCHI Syracusij

BIONIS Smyrnæi Eidyllia, ex A. Mexerchitum ex Ful. Vrsini scriptis aucta.

AVSONII elegans Eidyllium, Græcis versibus à Fed. Iamotio redditum.

III.

GNOMICA.

THEOGNIDIS Megarensis vetustissimi Poetæ sententiæ elegiacæ annotationibus selectis E. Vineti, I. Hetelij I. Schegkij, aliorúmq. lucubrationibus expolitæ.

PHOCYLIDIS poema admonitorium.
PYTHAGORÆ carmina aurea scholiis V. Amerpachij aliorúmque obseruationibus illustrata
SOLONIS sententiæ quæ supersunt,
TYRTÆI varia,
SIMONIDIS pleraque,
RHIANI,
NAVMACHII,
PANTASIDIS,
ORPHEI,
MIMNERMI,
LINI,
CALLIMACHI,
EVENI PARII,
ERATOSTHENIS,
MENECRATIS,
POSIDIPPI,
METHODORI,
TIMOCLIS. Quorum sententias plerasque multi magni scriptores veluti axiomata & oracula non sine honoris præfatione citarunt. Plato (inquam) Aristoteles, Xenophon. Plutarchus, Athenæus, Dion, Chrysostomus, Philo Iudæus: ac de Patribus Græcis Clemens Alexandrinus, ac Basilius cognomento Magnus.

HOS POETAS INSERVIntur eadem tertia Enchiridij parte.

SENARIORVM Libellus, continens aliorum quoque Poetarũ sententias: quemadmodum ex indice ad calcem illius tertiæ partis apposito constabit.

ADDITA sunt eiusdem cum superioribus argumenti nonnulla ex veterum Comicorum fragmentis: quorum nomina idem Index commonstrat.

Fruere his, ô Philomuse, & nostris studiis faue.

Notes du mont Royal



WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM

Une ou plusieurs pages ont été volontairement omises ici.

ΤΑ ΓΕΩΡΓΙΚΑ.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ Ἔργα καὶ Ἡμέραι.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

ΑΣΠΙΣ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ

ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

Hesiodi Ascrai Poetæ vt vetustissimi, ita pulchrissimi, opera quæ supersunt omnia: Latina versione & brevibus annotationibus iisque selectiss. exposita.

ANNOTATIONES IN Opera Hesiodi ex doctiss. virorum scriptis collectæ.

Pag. 1. ΗΣΙΟΔΟΥ. *Super Homeri atque Hesiodi ætate, ait Gellius lib. 3. cap. 11. non cõsentitur vter natus prior: dubium tamen non est quin aliquo tempore eodem vixerint.* ΑΣΚΡΑΙΟΥ. *) Sacerdos fuit templi Musarum in Helicone monte Bœotiæ. in Ascra pago ad radicem eius montis. Inde Virgilium, quia hũc Poetam è tot Georgicorum scriptoribus imitatus est, dixit.* Ascræumq; cano Romana per oppida carmen. Ἔργα καὶ Ἡμέρας. Non *dubium est quin idem Virg. omisso Georgicorum hanc inscriptionem expresserit hoc versu,* Quid faciat lætas segetes? quo sidere terram, &c.

Breviter autem summam rei complectitur hic titulus: nam per Opera *significat agriculturam esse artem quæ non inertia, aut alieno sumptu, sed ipsa actione peragatur. Per* Dies *autem innuit suo tempore singula facienda esse. In priori igitur* Operum *libro ad laborem adhortatur agricolam futurum. Obiter etiam alia atque alia præcepta de moribus tradit, ad iustitiam & pietatem colendã, iniustitiam vero & ignaviam vitandam. In secundo autem artem agriculturæ tradit. Duo ergo agit, primùm, vt voluntarium habeat agricolam: deinde, vt peritum.*

Pag. Μοῦσαι. *Duplicem invocationẽ ponit: prior hæc, ad Musas, posterior (v. 8.) ad Iovem dirigitur, vt in Perse fratre docendo sit auxiliator.*

℣ 1. Ὅν τε δὶς.) Enumerat pias quasdam sententias de Deo. Porrò ὅν potest intellig. ἔστιν, more Attico, vt sit ὅν ἔστιν, quemodo, cui: quod nonnulli interrogatiuè, alij vero absque interrogatione intelligunt. Alij non minus commodè exponunt, δὶς ὅν, vel καθ' ὅν δία, secundum quem Iouem gubernatorem nomine πατὲρ & βασιλὲς dicere sunt vt apud Latinos loquor & dico: est enim πατὲρ, de quo magna fama est: βασιλὲς autem honoratum, & ad certam functionem & dignitatem assumptus.

℣ 5. Πέϊα μὴ.) Contractio est in voce πέϊα. vt Iliad. 3. Virgil. quoque dixit aluaria pro aluearia. Æsopus (teste Laertio) cùm rogaretur quid ageret Deus, respondit: τὰ μὴ ὑψηλὰ ταπεινοῖ, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ.

℣. Κλῦθι.) Inuocatio ad Iouem. Δίκαιος vocat praecepta de moribus.

℣. 11. Οὐκ ἄρα.) Duplicem narrat contentionem augendae rei familiaris, alteram vituperandam, quam per iniuriam & scelus cumulamus opes: alteram dignam laude.

℣ 15. Οὐτε τοῦ γὰρ φθόνου.) Ostendit non fieri per se, vt haec contentio tantopere detrigatur ab hominibus, cùm tamen sit noxia: sed per accidẽs, quia scilicet non possunt discernere à verè expetendis ea quae falsò bonis speciem praeferunt: idque natura quodam fato. ℣ 20. ἀτεχνία, inertem, qui manus nullo operi admouet. τέχνη enim & manum & ipsum opus significat.

℣ 24. ἀγαθὸν. Probat artificum inter se aemulationem. Hos duos versus Plato in Lyside, & Aristot. 5. Polit. & 2. Rhet. & Galenus, ad priorem noxiam contentionem referunt. Plutarchus autem bona illi & salutari cum Poeta nostra attribuit.

Pag. 3. ℣. 3. Ω Πίρση.) Alloquitur fratrẽ, & iam traditam doctrinam ad eius emendationem accommodat: eúmq. deterrat à contentionibus fœdissimis, quia infelicitatem ex eis vertitur qui singulis temporibus sui premuntur,

malfuerint. κακὸν χαρτος, spicherhon aprissimum habuisse concessionis, quia malis gaudeat, vel quòd malis gaudeam. ℣. 6. Ὥρα) absque aspiratione pro φροντὶς aliq legun. ὥρα, tempus. ℣. 9. Τοῦ κατορθοῦν.) Concessio ironica: Quando ditatus es, & abundantem te familiari, nec animus à malis revocari potest, age pergere libertatis, quandiu voles. ℣. 24. Δρηστῆρας.) Βασιλῆας vocat praefectos singularum urbium, quemadmodum & Homerus.

℣. 26. Νόμος) Mediocritatem commendat, & redarguit iudices & gubernatores qui indulgent suis cupiditatibus, & à vita frugalitate digrediuntur ad πλεονεξίαν iustam: & esse dicit primùm ipsos ignorare vim & voluptatem iustitiae longè maiorem quam iniustitiae & πλεονεξίας: deinde etiam non considerare quanta sit cum tranquillitate & frugalis victus. Intelligit ergo per ἴσον, medium inter lucrum & damnum, quod est iustum, & honestius atque utilius πανταχὸς, ut vere, quo & sua pars retineatur, & alterius ad se pertrahatur. Plato. 5. Polit. & 3 Leg. intelligit de mediocritate in facultatibus amplectenda.

℣. 28. Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι. pro γὰρ κρύψαι, occultarunt. Causam huius ignorantiae ostendit esse voluntatem. Dei qui voluerit abscondi ab intelligentia communis hominum hanc facilioremvitae rationem.

℣. 29. Πρῶτον) illius primae & melioris vitae rationem commendat, ita vt ostendat, in ea servata posse facile quemque non admodum industrium vel vnius diei labore efficere quod sufficiat in integrum annum.

℣. 31. Μόλιβδον) Quidam non pro nauis gubernaculo, sed prestina, strumq. pro aratro accipiunt. Solent autem rustici instrumenta lignea super fumosa laquearia collocare, vt fumus ea corroboret & induret.

℣. 34. Ἀλλὰ Ζεὺς) Longam fabulam recenset de Pandora, quae docet Iouem iratum abdidisse ignem, i. veritatem, quae penitus abstrusa est in natura. Sed etiam Pro-

metheus ostendisset hominibus recta & honesta, misit Iupiter Pandoram, i. voluptatem, quæ multis rebus opus habet, augéique quotidie sumptus, & quãuis multis modis abblãdiantur, malorum tamen omnium, morbórúmque causa est. Prometheus autem, i. sapiens aliquis monitor, vel ratio, vetat recipere voluptatem: at Epimetheus, i. sensus, non obtãtans rationi, noxiam voluptatem incautus recipit, sed serò recipisse pœnitet. Nonnulli paulò aliter exponunt, vt mox patebit. Προμηθεὺς q. προμηθεύων, *prospiciens, solers, industrius, eóque nomine jeuuanum quosdam intelligitur vis humana in eni.*

℣ 26. Κρύψε.) *Iupiter abscondit ignem, cuius beneficio ferè omnes artes exercentur. Vel ignem, i. mentis vim solertem, vt simplicius viuerent homines.*

℟ 28. Εν κοίλῳ. *Ignem ferulis optimè seruari auctor est Plinius libr. 13. cap. 22.* ℟ 31. Χαίρεις.) *Est quædam requentium approbatio. Pulchrè hic notatur ingeniosorum studium, & inconsiderata in successu suorum conatuum lætitia.* ℟ 34. ἰσοκρατεῖν.) *Ea ferè est humanarum rerum conditio, vt illæ ipsæ cupiditates quæ omnis generis mala secum trahunt, nos delectent.*

℣ 36. Ηφαιστον.) *Recenset iam quomodo Pandora condita sit. M. Garbitius sensum huius fabulæ sic explicat: Hominem prius habuisse sinceriorem & puriorem naturam, simpliciúsq. vixisse. Postquam verò lasciuia mentis ipsius contra voluntatem Dei, sibi vendicarit ingenij & cognitionis vim excitatiorem, inde quasi transformatum in aliam naturam & ἀφῶν corpoream, & illam quidem excellentem virtutibus cælestibus, sed quibus corporea fece contaminatis, mens humana & ipsa ex consortio contaminata, variè abutitur ad lasciuiam & luxuriam variarum artium & inuentionum: & hoc sub specie & specie boni, & vitæ melioris: sed quam omnem industriam suam posteriore co-*

filentiahe, & euentu stultorum magistro, experiatur contrariam esse suis effectis, solaque spe reliqua sustentatur in perpetua anxietate animi. Cæterùm si de voluptate hac potius libeat intelligere, dicemus Poetam hic significare non vnum esse genus voluptatis.

Pag. 5. ἀ 6 Κ ἀ ἄθεον.) *Indefessam cupiditatem superandi alios: vel (secundum quosdam) desiderium vehemens, vt vehementer ametur* ψυχοφθόρος, *vox apta meditationibus & curis, quæ ad satietatem vsque arrodunt & absumunt membra: sicut ferè videre est ingeniosos, pallidos & exenuatos esse.* ἀ 7. Ἐν δὲ δόλῳ) *Impudentiam intelligit, quæ vtrique interpretationi quam accuratissimè commodè applicari potest. Solent enim homines voluptatibus dediti nullam prorsus honestatis rationem habere, eremque negotiatores, & πλεονέκτας vanitatibus & dolis lucrum capiare.*

ἀ 12. Ζῆλον) *Hoc potest de bellicis dotib. intelligi.*

ἀ 13. Ἀμφὶ.) Πειθὼ *dea eloquentiæ est.*

ἀ 21. Πανδώρειον.) *Quidam (vt antè monuimus) voluptatem exponunt. Alij variam quandam ingenij & mentis industriam propositam, quam admirentur homines tanquam magnum suum bonum, cùm sit ipsorum malum. Quod mirum est, cùm mens humana tam diuinis donis sit exornata: sed hoc fit per accidens, vitio ipsorum. Hæc quæ intelligit solertes, qui discedunt à simplicitatis rectitudine: & qui curiosi sunt.*

ἀ 31. Ἐπιμηθὺς.) *Mittitur donum ad Epimetheum, & recipitur. Nam pars inferior cupiditatum & affectionum, quæ est iste Epimetheus, id est, vis animi humanæ mentem sed erata & praeceps, non obsequitur pterumque parti superiori meliorique mentis & rationis, quæ est* μεγαλοφρὼν *animi hominis. Ideoque specie huius boni deceptus, postea noxium compertens, serò recepisse pœnitet. Recte ergo Horatius,* --nocet empta dolore voluptas.

ἀ 31. Νόσφιν ἄτερ τε.) *Hæ duæ particulæ quantum idem*

denotent, intendunt tamen hic significationem.

℣ 33. Αἶψα.) ταχύτης hic pro malo externo accipitur,

℣ 34. Ἀλλα γυνὴ.) Prouerb. γυναικὶ ὀλεθρος. Mulier, id est, appetitiua & fœminea affectio, & publicè indulgentia δημοσιογενὴς & ψυχοφθορὴς, atque corruptrix, vnde laxatur disciplina seuerior. Hinc denique sublata disciplina tanquam operculo Pandora, i. corporis & animi humani, statim quasi ex antro Æoli venti & impetus affectum, Quâ data porta ruunt, & terras turbine perflant, & nusquam non peruadunt & nihil non moliuntur. Quòd tamen spes remansit, significat neminem tam desperatis rebus esse quin aliquando speret. Ouid. Viuere spe vidi qui moriturus erat.

Ps. 7. ℣. 2. ἀφ' ἑαυτὸν γὰρ.) Ratio solius spei in pyxide relicta. Magnum certè Dei donum spes, quo solo affectu homines inter tot aerumnas sustentantur & alunturur, & sine cuius condimento omnia non solùm fatua, sed etiam insuauissima sunt.

℣ 10. Εἰ δ' ἐθέλεις.) Quinque ætates iam fingit: quo commento significat naturam & mores subinde deteriores fieri, & vitia hominum augeri. Hanc descriptionem ætatum omnes fere Latini Poetæ imitati sunt, ἐπιτομωτάτην, significat expositionem ordine factam & integram, neque tamen prolixam.

℣ 13. Χρύσεον.) Aureum (vt inquit Plato) propter præstantiam naturæ, morum & vitæ. ℣ 16. αἰεὶ.) Cognouerat fortasse Poëta aliquid de vita primorum parentum in paradiso: & ideo respiciens eò, hæc dicit.

℣ 19. ἐν θαλίῃσι) ἑορταῖς, sacris epulis. ℣ 25. δαίμονες.) Hæc omnia non multum discrepant ab ijs quæ sacra scriptura tradit de bonis Angelis.

℣ 30. Δεύτερον.) Alterum seculum describit per suas circunstantias, quod Argenteum vocat, & eo deterius priore fuisse ostendit, quo argentum est vilius auro.

℣ 35. ἥβης μὲν ἔτος, vocat mediam ætatem, quam Græci ἀν-

pū dicitur.

Pag. 9. ℣ 5. Ζῶς κεγλῶνς.) *Significat propter impietatem & neglectam religionem mortuos esse: docétque ob id factū vt non cōuerterétur qui tē in diuinos spiritus, vt illi priores, sed tamē essēt beati, & sub terra degerēt.*

℣ 10. Ζῶς δὲ) *Tertium genus hominum aureum parat, immane, ferox, & omnino Martium: fortasse Gigantes intelligit.* ℣ 12. ἐκ μελιῶν.) *Fingit natos ex arboribus, vt significet duritiem & feritatem animorum, vtpote qui toto impetu ad armorum & bellicorum instrumentorum vsum ferebantur.*

℣ 13. οὐδὲ τι σῖτον.) *Non frumentum ederunt, sed primi pecudes laniarunt, & carne vesci cœperunt, quod antea magnum nefas est creditum.*

℣ 26. ἀνδρῶν.) *Quartam ætatem Heroicam appellat, quando Hercules, Iason & alij Argonautæ vixerunt, qui Heroes vocati sunt, quòd virtute communi hominum natura præstarent: & semidei, vel quod altero tantùm parente deo nati essent, vel quia in natura humana virtute diuina prediti essent.*

℣ 29. ἐπὶ Θῆβας.) *Ad differentiam Thebarū Ægyptiarū quæ dicebantur ἑκατόμπυλοι, & illarum quæ dictæ sunt ὑποπλάκιοι, à mōte sub quo sitæ sunt in Cilicia.*

℣ 30. μάλιστα.) *id est, propter regnum ac potentiam, nam priscī reges pecoribus diuitias suas metiebantur. Eteocles & Polynices filij Oedipi, monomachia de regno decertantes ambo mutuis vulneribus concidunt.*

Pag. 11. ℣ 1. Εἰ μακάρων.) *De fortunatis insulis vide Plin. lib. 6. cap 32 & Homerum Odyss. δ'.*

℣ 4. Μάλιστ'.) *Descriptio postrema & ferrea ætatis, quæ moribus est pessimis, impijs & depravatissimis, vitaque cursu calamitosissimis, vox ἄπαξ λεγόμενον vsurpatur adverbialiter significatione optandi, & tamen formatur vt verbum, tribus personis.* ℣ 13. Οὐδὲ ξένος.) *Eleganter hunc locū expressit, Ouid.* nec hospes ab hospite tutus, Non socer à genero, fratrum quoque

gratia rara est. v. 17. Θεῶν ὄμμ) ὄμμ Poeta vsurpant pro intuitu, & præcipue Dei & hominum in imperio constitutorum: hinc pro gubernatione diuina: ex hoc pro metu, reuerentia, & cultu. Hinc ergo illi erunt prout rui, quia nulla reuerentia nec erga Deum, nec parentes prædita sunt v. 18. Γηροβοσκεῖν.) Athenis capitale fuit Γηροβοσκεῖν non persoluere parentibus.

v. 19. Χειροδίκαι.] i. violenti, quibus ius est in manibus, qui neque ius neque leges norunt. v. 21. ὕβριν.] pro ὑβριστὴν. substant. pro ad. ect. vt Latinis scelus pro scelesto.

v. 25. Ζῆλος] Iam redit ad primam propositionem de litibus. Postea quam verò præclarè affectum inuidiæ epitheto suo descripsit, fingit Pudorem & Nemesim deas, reliquisse terras, i. nec pudore bonos abstrerri amplius à turpitudine, neque improbos metu vindictæ. Nemesis enim hic significat iustitiam quæ vlciscitur malefacta flagitiosorum. Locus hic verò phæsphicus etiam à Platone in Protagora tractatus fuit.

v. 31. Νεῶν ἀλφηστὴν] Narrat apologum quo notat potentiorum moe adversus inferiores. αἶνος fabulam eiusmodi significat quæ figuratè & recte contineat admonitionem seriam & grauem, & ex vsu vitæ petitam.

v. 33. ἀηδόνα.] per Luscinam intelligit doctos homines & sapientes, vocat hanc auiculam πολυκλάγγαν, propter soni & vocis varietatem.

Pag. 13. v. 2. Δυρρακίου, τῆλ' εἰς.] Tyrannica vox planè prouerbialis, de alterius vita pro libidine statuentis.

v. 4. Λόγον] epiphonema seu ἐπιφώνημα huius fabulæ, quod scilicet non esse reuitandum potentioribus.

v. 1. Ὦ Πέρσα] Primum præceptum, quo fratrem ad iustitiam colendam, & iniustitiam vitandam adhortatur. ὕβριν opponit iustitiæ, quia pro iniustitia vniuersali hæc vox vsurpatur: quanuis tamen sæpius accipiatur pro insolentia quæ comitatur diuitias.

v. 12. πολλὰν.] Prouerbialis locutio, qua significat miser-

vinem esse prudentiam quæ ex malis nostris perdiscitur. v. 13 Αὐτίκα.] *commoratur in collatione iustitiæ & iniustitiæ, vt hominibus metum incutiat ne cõtra iustitiam faciant. Per ὅρκον intelligit omnem fidei violationem: Per δίκας πολιάς, lites iniquas quæ falsò intenduntur per calumnias & fraudes.*

v. 14. ῥόθος.] *tractus violẽtus, quo iustitia ducitur coactè, pro fraudibus accusantium, & iudicum.*

v. Ἢ ἐπεὶ] *Subintelligendum fortasse* χρὴ ἔδεα. *i. cura, commentum, statua, & alia quæ sunt in consuetudine ciuili.*

v. Οἱ δὲ δίκας] *Eruditissimè insignia iustitiæ præmia & commoda enumerat. Eadem ferè recenset Homerus in clypeo Achillis.*

v. 34. Πολλάκις.) *Hæc sententia totidem ferè verbis est in Ecclesiaste* Sæpe vniuersa ciuitas mali viri pœnam luit. ἐπιμαρτύρει, *dicitur luere peccata.*

Pag. 25. v. 4. Ἡ δίκη] *Hæc & similia procul dubio ab Hebræis ex doctrina Mosis & Prophetarum desumpta sunt, apud quos crebra sunt huiusmodi comminationes.* v. 9. νείκεα.) *Emphasis huius voces significat eiusmodi odio inter se mutuò exasperari homines, vt potentior impotentiorem planè conterat, & ad nihilum redigat.* v. 21. Ταῦτα.] *Princeps dehortatur ab iniustitia. 3. peculiaribus argumentis, quorum primum est.* v. 24 Οἱ ἀνῆρ., *quæ sententia mirè conuenit cum ista,* incidit in foueam quam fecit. *Alterum,* v. 25. *& prudentia animaduersione diuina. Tertium.* v. 27. *ab absurdo, & indignitate rei.*

v. 32. Ω Πέρσα.] *Denuò fratrem ad iustitiam colendã adhortatur, argumento sumpto à natura hominis.*

Pag. 27. v. 8. Ἀεὶ δὲ.] *In sequentibus Poeta laboris & industriæ fructus, incommoda verò & opprobria ignauiæ varijs argumentis declarat.* v. 9. κακόνομα.] *hic pro malo interno accipitur.*

v. 11. Τῆς δὲ.] *Argumentũ à natura virtutis sita en n*

laborē proponit, vt cōiungat eū virtute & iustitia. Hī e locum imitatus est qui literam Pythagore descripsit.

℣ 15. Οὗτος.) *Tria hominum genere describit. Livius in Fabio & Minutio hunc locum penè ad verbū expressit: Sæpe ego audiui, milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat quòd in rem sit. Secundum eum qui bene monenti obediat. Qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremi ingenij esse.*

℣ 26. κοθόρνοις.) Κόθορνος, ἀπὸ κόθου, *abscondo, & ὀρνὶς, caudæ, quod a uleum non exeram faci, vel propter ignauiam, vel quia non habeant: fucorum, enim alij aculeos habent, alij non, vt Plato docet.*

℣ 33. Ἔργον.) *Est occupatio contra fratris & multorum stultam opinionem.*

℣ 36. Δαίμονι.) Occurrit obiectioni de paupertate.

Pag. 19. ℣ 3. Αἰδώς.) *Occupatio item est, non esse turpe laborare, præsertim egenti. Citatur hic versus proverbialiter, mendicos debere esse impudentes: verùm hæc neutiquam Hesiodi sententia est. Est enim duplex verecundia. Prodest in loco pudor: obest si ego ignauiam nostram prætexamus. Pudorem ergo inertium improbat, quos vocat Virg.* Degeneres animos.

℣ 7. Εἰ γάρ τις.) *Duo genera iniuria facit. Sunt qui alienas facultates vi rapiant. Alij per fraudem & periuria discere cupiunt.*

℣ 12. πεῦθος. Malè partum, disperit &, De malè quæsitis non gaudet tertius hæres.

℣ 13. Ἰόν.) *Supplicem antiquitus nefas erat non solùm ledere, sed & opeprimere. Iuo etiam hospitij sacrosanctum habebatur: vnde Iupiter ξένιος.*

℣ 22. Καθαρῶς.) *Præceptum de cultu diuino. Primus est, hostiarum femora pinguedine obducta cremare. Secundus, libare, cùm vinum effunditur. Tertius, suffitum facere.* ℣ 30. Εἰ γάρ.) *Hoc intelligendum de difficultatibus insuetis & improuisis.* ℣. 31. ἄζηλοι, *sine mora. Affines autem cunctantium adsunt, & non*

tem prompte. ℣ 33. τιμῆς.) i. famam, honorem. ℣ 35. Εὖ μὲν.) De gratitudine præcipit in referendo beneficio. μετρεῖσθαι, dimensum accipere, vel mutuò.

Pag. 21. ℣ 13. αἴθοπα λιμόν.) sic vocat famem ab effectu, quòd micrum aut luridum colorem inducat.

℣ 18. Ἀρχομένῳ.) Extrema liberalitatis fugienda monet, vt neque sis prodigus, neque sordidus. Vinum in summo tenuius est, quòd sit proximum aeri: in imo faeculentum est: in medio autem purum. Ergo in medio probatur parsimonia. ℣ 19. ἀεὶ.) Proverbium in eos qui omissis demum occasionibus incipiunt sapere.

℣ 21. Καίτοι.) Non temerè vlli fidendum monet, ita vt etiam cum fratre iocans testem adhibeas. Vel secundùm quosdam, vt etiam cum fratre caute agas, fide quadā interposita, non apertè quidem, sed quasi per iocum, sine offensione fratris, & aliqua diffidentiæ tuæ indicatione. ℣ 23. πυλεώλος.) De meretrice intelligit, quæ immodica elegantia cultus sit dedita.

℣ 31. Σὺ δ'.) Conclusio generalis: vel πρόοιμον ad doctrinam sequentis libri.

IN II. LIBRVM.

Pag. 23. ℣. 1. Πληϊάδων.) Hic secundus liber continet præcepta de agricultura & administratione rei familiaris. Hoc autem loco primùm per ortum & occasum Pleiadum ostenditur tempus messis & arationis, tam pro locis maritimis, quàm à mari remotis. Sunt autē Pleiades, 7. stellæ in tergo Tauri, Latini Vergilias vocant. Syderum autem ortum & occasum trib. modis adverterit agricola. Quod Soli orienti cooritur, coeccidíque, ἀνατέλλειν oriri vel cadere dicitur. Quod Soli occidenti, δύνειν. Quod autem Solis adventu, abitúve occultatur aut emergit, ἐπιτέλλειν. Quando igitur Pleiades manè ante Solis ortum conspiciuntur, quod fit mense Iunio, messem inchoari vult. Quando autem manè sub terram descendunt (quod fit mense Nouembri) arationis tempus adesse dicit.

℣ 3. Αἱ δὲ.) *Occultantur 40. dies & noctes propter vicinitatem solis, Taurum & Geminos peragrantis: quod est à Maio usque ad Iunium* ℣ 4 ἐπιπλομένου.] *Epith. anni, à πίλομαι, existo: vel πολέω, verto: vel à ἐπιπλόμενος.* ℣ 7. ἄγυια.] *Palustrem terram significat.* ℣ 9. γυμνὸν.] *vult vt hos labores perficiat maturè & ante sauitiem hyemis, atque solicitè & festinanter, ad egestatem & eius molestias vitandas.*

℣ 21. νόμοι.) *Alii fortasse melius νόμος legunt, id est, oratio vel series verborum ad persuadendum apposita: nonnulli etiam de modulis & cantu mendicorum intelligunt.* ℣ 24. Κτῆσιν.] *famulā intelligit iure acquisitam: Aristoteles tamē initio Oeconomici sui ad vxorē refert.* ℣ 28. ἕνη καὶ νέα.] *ab ἕνη, i. postremus dies mēsis.*

Pag. 25. ℣ 5. Σείριος.] *Stella est in ore canis maioris, ad latus Austri, vicina Leoni, dicta quòd nimio calore exiccet & debiliet vires humanas.*

℣ 7. πλεῖον.] *Vbi sol accesserit Scorpium, canicula a mane aliquantisper ante solem, ortu Heliaco, conspicitur: orto autem sole statim labitur sub terram.*

℣ 11. Τὸν ὅλμον περιόδευε quidam intelligunt mortarium trium pedum, quo molere vsi sint pro mola.

℣ 14 δικαιοδόκος.] *à δῶρον, i. palmus, quòd munerum datio δῶρον appellatur: id autem geritur per palmam manus.* ℣ 18. Δηωαίαν.] *Sic vocat Cererem quòd ipsa Athenienses, adeoque omnes homines de frugibus docuerit.* ℣ 27. Αὐτόγυον.] *aratrum quod habet dentale solidum & adnatum, non affixum: vel quod non sit plane elaboratum, sed vsque ad dentale.* ℣ 30. ὀκτάβλαμμον.] *octo morsuum, à βλαμὸς, morsus, ita tamen vt vnum frustrum habeat binos morsus. Sertum intelligit robustum, qui integrum panem in 4. partes diuisū absumat in cena: vel cui opus sit pane cuius quadrantes octoni bolis seu partibus constent.*

℣ 31. Οἶκε.] *Ætatis quā in seruo requirit, rationes addit admodū graues, semitque multū sēnū esse in matro-*

virtute aetatis. ℣ 34 Ὑπαροῖν,] q. superseminatio, quæ super sulcum prior semetipsa nō est rite peracta.

℣ 36. Θερίζειν] Tempus autem indicat per clangorē gruum auolantium, idque [ut Poeta fingit] in Ægyptum, vbi bellique angur cum Pygmæis.

Pag. 27. ℣ 5. Ἀνίδιον.] occupatione negligentiā & insciam rusticorum tangat, qui non considerant quibus opus habeant, sed in alienam opem sunt intenti. Respōdet ergo eadem opera posse aliquem petere & negare.

℣ 10. Εὖν αὖ.] Docet diligentiam quæ est adhibenda in aratione. Addit [℣ 12] figura & circūstantias, quales terra sit aranda, sicca scilicet & humida, i. non luxosa, & tamen madefacta. ℣ 14. Βλαγ.) Modus & ratio arandi traditur. Pingue solum semel quater arari. Qui verò tenuius solum habent, ter arant. Prima aratio est proscissio: secunda fit mense Iunio, quæ est iteratio. ℣ 15. Νειόν.] Concedendum est suum interuallum terræ, quo interquiescat, vt deinde copiosiorem fructum ferat. Est autem Nouale, ager qui alternis annis seritur. νεοιξοον, id est, recens aratam, adhuc eleuatam. ℣ 16. ἀλεξιάρη] pellens execrationem. Solent enim agricolæ maledicere quando fructus ex sententia non prouenisunt. Ἀκηλήτοισι, libros exhilarans, vtpote quibus suppeditat copiosum victum.

℣ 19. Ἀρχέμορος.] Quomodo sit arandum. ἀρχέτω, stina, quia αὐ τῆς ἔχεται ὁ ἀρότης, quòd eam tenet arator. ℣ 21. Ἐνδρυον.) Hoc loco lignum est quod est proximū temoni. ℣ 27 Ἔνδ'.] quia scilicet omnia sepositoria & vasa repleta sint. ℣ 28. ἐρεύμορον.] cū inquisitione & delectu capientem. ℣ 31. ἰδὲ] Improbat hic arationem dilatam ad solstitium hybernum.

℣ 32. Ἠμόρος] ob culmorum breuitatem, scilicet & paucitatem. Singula verba significanter hic ponuntur ad declarandum tristem euentum tardæ arationis.

℣ 35. Ἀλλοτε.] Ἀντιπαρόδοσις, & mutatio præcepti de tar-

da aratiõe, & tẽpestates varia sint, pro voluntate Iouis.

Pag. 29. ℣ 2. Ἡμὲν.) *Pulchra Veri descriptio est.*

℣ 9. Παρ δ'.) Praeteri *interpretandum, non* accede. *monet enim diligentem agricolam ne vel tempus hybernum, more vulgi, ociosis & inanibus confabulationibus transigat, sed tum etiam rem familiarem promouere studeat.* Per χάλκευν δ' ἄνον *intelligit officinas ferrariae, in quas antiquitus in Graecia pauperiores & ociosi solebant conuenire ad collocutiones friuolas, sicut apud Romanos in tonstrinis.* Pro ἐπ' ἀγύιαι, *vt constet versus, quidam legunt,* ἐπ' ἀγύιαι, *neutro genere* in locis calidis, *ab* ἀγυιός. Λέσχαι *quondam dicebantur cõuenticula Philosophorum: deinde quia inter ipsos plerunque de rebus leuissimis agi solebat, factum est vt mendicorum conuentus etiam hoc nomine vocarentur: atque inde etiam ipsae nugae* λέσχαι *dictae sunt.*

℣ 13. λεπτῇ δὲ.) *Aristot. 1. sect. Probl. scribit fere omnia laborantibus pedes intumescere. Superiores autem partes eadem ratione extenuantur & macrescunt. Huc alludit Poeta cùm iubet cauere, ne pedem tumefactũ tenui manu demulcere oporteat.* ℣ 14. Πολλὰ.) *Verissimum est Columellae dictum,* Homines nihil agẽdo, malè agere discunt. ℣ 2. Μιῶν.) *Hyemis tẽpus, & mensem Borea frigore grauissimum copiosè & eleganter describit.* Λενεών, *mensis Ianuarius est. Lenaea enim Bacchi feria & Pythia sub id tempus agebantur, cùm vini primitias libabant.* Εὔδρομα. *vocat frigora, quae adurunt & excoriant etiam ipsos boues.* ℣ 23. Ος τε.) *Naturam vini, effectus Boreae prolixè declarat.* ℣ 34 Ὀχαλὸν.) *inclinatum, contractum vel properãtem in incessu, quamlibet alioqui tardum.* ℣ 36. Ἠ τε δόμον.) *Curam virginum in honestioribus familijs exposuit, quae domi asseruabantur, nec in publicum prodibant.*

Pag. 31 ℣ 4. Ἐν' αἰόρτοι.) *Polypi hac natura est, teste Plin. lib. 9. cap. 19. vt fame laborans sibi pedes arrodat,*

quo maxima hyemis sæuitia notatur: & quia vehementer frigore laditur, latet plurimùm in antro suo. Vocat hanc speciem Polyporum ἀόρατον, quod cartilaginem pro spina habeat. ℣ 7. Ἀλλ' ὅτ'.) *Sol tum cùm est in Sagittario, diutius versatur apud Æthiopas, qui sunt meridionales, quàm apud Græcos.* ℣ 13. γλάφυ.) *γηγλαφυφὸν πέτεται βεβηκὼς, homini simi, tertio iam pedi, nempe bacillo, innitenti. Vide proverb.* Bœotica ænigmata. ℣ 17. Χλαῖναν.) *χιτὼν interior vestis erat super quam vtebantur pallio.*

℣ 18. πρὸ κρ. (*pro κρονίδου.* ℣ 21. ἔφι κ πρηΰνοιο.) *quæ fuit difficile prosternere: vel qui fuit robustior cùm prosterneretur.* ℣ 25. Ὑετῶ.) *ad pluuiam propulsandam, vt ἀλεὼ sit ab ἀλέξειν.* Quare expungenda erit illa interpretatio quæ habet ἀλέω, reperem. ℣ 29. Ἀὴρ πυρφόρ.) *Vapor ex terra in nubibus repercussus & in aquam resolutus, decidit: humectat autem aër sara & arua.*

Pag. 33. ℣ 1. μαὶς γὰρ.) *Repetit admonitionem de vitando hoc mense Ianuario: cuius difficultates hactenus descripsit.* ℣ 3. Τῦρος.) *Bobus dimidiam partem pabuli detrahendam, viro verò aliquid addendum: in noctem scilicet. Nam Græci homines tantùm cœnabant, & largius quidem.* ℣ 4. Ὀφρῆν.) *Sit vocant Poetæ noctem, παρὰ τὸ ὀφρεῖν ἡμᾶς ἐν αὐτῇ: vel, διὰ τὸ ὀφρύειν τὸ σῶμα διὰ τῆς ἀναπαύσεως.*

℣ 10. Ἀρκτοῦρος.) *Stella est sub zona Bootæ: oritur vespere initio veris.* ℣ 13. Πανδιονὶς.) *Hirundinem intelligit respicit aut ad fabulam de Progne & Philomela, Pandionis filiabus.* ℣ 13. Ἐς φάος.) *Poeta videtur in ea opinione esse vt putet hirundines hyeme latere quasi mortuas in suis nidis. Alij putant eas auolare in regiones tepidiores.* ℣ 15. Ἀλλ' ὅπότ'.) *Messis tempus describit. Per ὀφρύοντον intelligit testudinem, quòd domum suam circumferat. Alij aliud animalculum intelligunt, quod pro vitando Solis æstu solebat ascendere plantas & virgulta.*

℣ 18. Φαύσῃ.) Prohibet tempore messis somnum ad mutam lucem protrahere.

℣ 33. Βίβλινος.) Biblinum vinum dicitur à Biblia regione Thracia, hi nobilissima vina sunt.

℣ 36 αὐδοῦσα.) vinum rubrum pinguius est, & magis alit, tenuiúsque est, & facilius penetrat.

Pag. 35. ℣. 4. Τοῖς ὕδασι.) Graeci nunquam merum bibere solebant. Athenaeus hanc diluendi vini consuetudinem fuisse dicit, vt ad duos vini cyathos, quinque aqua adderent: nonnunquam ad quatuor vini cyathos, duos aqua. ℣ 6 δὶς τ' αὖ) id accidit in mensem Augustum. ℣ 8. Μέτρῳ.) Monet mensurandas esse fruges, vt sciat agricola quantum ex agro vrediat.

℣ 12. κραγεδόντα.) à sono factum videtur. Sunt ea canes asperrimis dentibus, & omnium firmissimè tenẽt semel in fauces recepta.

℣ 13. ἀμαγέστατος.) furem intelligit. ℣ 14. συρφετὸν.) Intelligit non tantùm paleas, sed & folia vitis, quercuum, tum verò herbas, aliaque id genus quae pecoribus in hieme possint esse non incommodum pabulum.

℣ 16. γουνάτα.] vsitatum est Poetis vsurpare hoc vocabulum pro potentia, viribus, & robore.

℣ 17. Φύτ' αὖ] Tempus vindemiae describit.

℣ 20. Δείξω] Hoc intelligunt nonnulli quadam certi vini praeparatione, in qua rationem faciendi vinum passas complexus est. Alij generale praeceptum esse putant de modo vindemiandi pro temporibus & locis illis optimo. ℣ 26. Εἰ δὲ σοι.] De nauigatione praecepta quaedam subiicit. Fuit enim illi familiare, deuehere fruges & merces. v. 34. Κεῖμαγγι.] clauis significat quo foramen in nauis carina obstruitur, quo amoto naues in siccum tractae aquam in sentina collectam emittunt.

Pag. 37. v. 5. Ὡς ἐγώ.] Exemplum patris sui proponit, quem dicit ex patria profugisse non propter inuidiam ex opibus conflatam, sed propter paupertatem.

v. 11 Νέαιρα.] *Describit nunc patriam suam Peira.*

v. 9. Νὴ ἀλ.] *Mediocritatem tuiorem esse dicit.*

v. 11 Οὐκέτι] *Remouet à se reprehensionem ob imperitiam. Hic videmus σοφίζειν primò vsurpatum esse cum laude, pro docere, & tradere aliquid eruditiùs præ alijs.* v. 25. Ἀμφιδάμαντος] *Amphidamas rex Euboeæ in bello aduersus Chalcidenses occisus fuit: in cuius diuum funeris eius certamina edixerunt. Apparet sanè Hesiodum Homero posteriorem ferè centum annis fuisse: proinde nec eo in hoc certamine non certauit.*

v. 35. Ἥματα.] *Tempus nauigationis commodissimum tradit, ipsum scilicet.*

Pag. 39. v. 5 ἐν τοῖς.] *Prouerbialis est hic versiculus & valde pius, quo admonemur, quidquid nobis aduersum accidit, Deo ascribendum esse.*

v. 6. Δεξιαὶ ἄνεμοι *vocat faciles & leues flatus, vt sunt Etesij & similes placidi.* v. 14. Ἄλλος] *Vernam nauigationem reprehendit, quam ipse quidem non probat, vt periculosam, sed quia tamen est vsitata hominibus ob cupiditatem pecuniæ.* v. 30. Μέτρα.) *Epiphonemate generali concludit modum esse seruandum.*

v. 31. Ὥραιος.) *Tradit tempus coniugio maturum in mare & fœmella.* v. 34. τέτρ.) *Solitus quatuordecim exponit, Plato & Arist. constituunt puella decimum octauum annum nubendi.*

Pag. 41. v. 4. Δειπνολόχης) *quæ comessationibus etiam indulget, & quæ passim adit conuiuia.*

v. 5. ἄτερ δαλοῦ.) *sine face, id est, etiam, etiam si foris nihil apparet. Et eundem senectutem, tempestiuam & maturam vocat.*

v. 6. Εὐσε.) *De religione præcipitatione, in Deo significat inspectionem & gubernationem rerum, iustamque indignationem contra impios. In homine autem respectum ad Dei metum & reuerentiam.*

v. 7. Μυδε.) *Præceptum plenum humanitatis, nullam amicitiam præponendam esse sanguinis coniunctione.*

℣ 12. Μὴ τῶν.) Iubet offensionem amici duplici vindicta pensare, idque eò vt agnoscat delictum: & tu si in gratiam redire vlis, benignè recipiendum docet. Alij sic intelligunt, ac si in genere diceret nullum peccatum impunitum relinqui. ℣ 14. σὺ δὲ.) Tu vites omnia quæ in amico improbantur, nec prodas animum tuum minus quàm conueniat integrum. Vel, vide ne vultus tuus præ se ferat simultatem, sed ex animo eijciat omnem prisinarum iniuriarum memoriam.

℣ 15. Μὴ δὲ πολυξ.) Vtraque extrema liberalitatis fugienda monet. Est autem hic intelligenda prisca illa hospitalitas, quæ erat sacrosancta.

℣ 22. Δυσέμφορος.) morosus, id est, non sis difficilis accessionis & collationis. ℣ 27. Μὴ ἀντ.) Non esse metendũ contra solem. Vel allegoricè, contra magnos & honestos viros nihil proterui & irreuerenter agendum. ℣ 31. Ἱζόμενοι.) Tantis etiamnum hodie religiosum est vt sedentes mingant, & ingens flagitium designari credunt si quis in publico cacaret aut ningeret. ℣ 33. Μὴ ἐξέλθῃς.) A congressu vxoris ne sacra accedas.

℣ 35. Μὴ ἀπὸ.) Ab hilariore conuiuio, non à tristioribus sacris accedendum ad vxorem docet.

Pag. 43. ℣ 6. Μὴ ἀπὸ πυγόν.) Vngues non esse præcidendos in conuiuio, præsertim solenni. πυγὼν vocat manum, quòd quinque digitis tanquam ramis constet.

℣ 8. Μὴ πολὺ οἴνοχ.) Duplex potest esse sensus. Vel, vt prohibeat paruum poculum supra craterem magnum collocari, vt ita potantibus indè haurire liceat quantũ velint: vel vt ne velit paruum poculum pro crátere apponere, atque ita prohibeat parsimoniam in compotationibus. Locus est satis obscurus.

℣ 10. Μὴ δὲ ὅμ.) Spartam quam nactus es erna. In quocunque genere versetis, in illud incumbe, & in eo perseuera. ℣ 11. κακῆς φ.) Fama suspicaci & malignanti intelligi. λαχ· ρυξ· ἀντὶ κολάρυξ·

℟ 12. Μυῆσ' ἀπὸ) Pium praeceptum. Ex illis nondum sanificatis, & illibatis non capiendum esse cibum. Quidam per χυτροδόκας αἰπυπόρους intelligunt ollas supra focum stantes, ex quibus cibi nondum rite pastis infusi, mensi impositi, atque consecrati sunt.

℟ 14. Μυῆσ' ἐπ' ἀκαν.) Prohibet librorum collocationem super sepulchra & monumenta, (qua vocat ἀκίνητα, quòd non moveantur, vel non sint movenda,) quod piscis in faustum vitabatur. Vel allegoricè prohibet ignaviam, crimen & deliciae in prole duodecim annorum.

℟ 21. Μυῆσ' ποτ'.) Hi rectè infontes immingere dicuntur qui sacram doctrinam commaculant.

℟ 24. Δίκαιον.) Boni nominis praecipuam curam habendam esse vult, quia (versu 25.) nulla fama prorsus evanescat tanquam inanis, & non omnino de nihilo sit quod vulgò fertur, fama enim vim quandam divinam continere. Ex hoc loco desumpsit Virgilius descriptionem famae, 4. Aeneid. Fama malum, &c.

Annotationes in Dies habes in tabe huius voluminis post Theogoniam.

In Hesiodi librum cui titulus Ἔργα καὶ ἡμέραι.

Ἡνίδε τοι πολύβιβλον ἐμοῦ τόδε χερὶ λαβοῦσα
Πυρρίδι Δεξαμενοῦ θέσθαι ἐπὶ παρκαμάρῳ
Βίβλον ἐν ἡ γράψας τὸν γλυκὺ κεῖ. τὸν ἀοιδόν,
Ἔργα τά μοι πατρὸς ἐν γήρᾳ Ἡσίοδος.

Pag. 69. ℟ Ἡνίκα.) Lege ἡμιλλῶν non ἡμιλλῶν vt vulgatur.

HESIODI ASCRÆI OPERA ET DIES.

VSÆ ex Pieria carminibus celebrantes,
Agite, Iouem dicite vestrum patrē laudantes,
Per quem mortales homines sunt pariter obscuríque, claríque,
Nobiles, ignobiléſque, Iouis magni voluntate:
Facilè enim extollit, facilè etiam clarum deprimit:
Facilè praeclarum minuit, & obscurum adauget,
Facilèque corrigit incurvum, & superbum desiccat
Iupiter altitonans, qui supremas domos incolit. (iudicio
Audi intuens & auscultans, & pro iustitia tua dirige
Tu. Ego verò Persa fratrem vera monebo.
Non sanè vnum est contentionū genus, sed super terrā
Sunt duo. alteram quidem probauerit qui nouerit:
Altera est vituperabilis: in diuersa animum distrahit.
Nam hæc contentio bellū exitiosum, & discordiā auget,
Noxia: nullus hanc amat mortalis, sed necessariò
Immortalium consilijs litem colunt molestam.
Altera verò priorem. i. prius genuit nox obscura
Posuit. v. ipsam Saturnius altitonus, in æthere habitans,
Terra in radicibus i. & quidem hominibus lōgè melioreē.
Hæc & quantumuis inertem, tamen ad opus excitat.
In alterum. n. quispiam intuens ociosus
Diuitem, qui festinat arare, atque plantare,
Domūmque recte gubernare, æmulatur vicinum vicinus
Ad diuitias festinantem, bona. v. hæc contentio hominibus.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ
ἔργα καὶ ἡμέραι.

ΜΟΥΣΑΙ Πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι,
Δεῦτε δ' ἐνίεπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι.
Ὃν τε διὰ βροτοὶ εἰδότες ὁμῶς ἀφατοί τε φατοί τε,
Ῥητοί τ' ἄῤῥητοί τε, Διὸς μεγάλοιο ἕκητι
Ῥεῖα μὲν γὰρ βριάει ῥέκ τε βριάοντα καλέπτει.
Ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει καὶ ἄδηλον ἀέξει.
Ῥεῖα τ' ἰθύνει σκολιὸν καὶ ἀγλαὸν ἠμαρόεντα
Ἠδὲ ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.
Κλῦθι ἰδὼν αἴσῃ τε δίκῃ δ' ἴθυνε θέμιστας
Τοιῶν· ἐγὼ δέ κε Πέρσῃ ἐτήτυμα μυθησαίμην.
Οὐκ ἄρα μουνὸν ἔην ἐριδῶν γένος, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν
Εἰσὶ δύω· τὴν μὲν κεν ἐπαινήσειε νοήσας,
Ἡ δ' ἑτέρη μωμητή· διὰ δὴ τὰ ἔθεν χόλον ἔχουσιν.
Ἡ μὲν γὰρ πόλεμόν τε κακὸν καὶ δῆριν ὀφέλλει,
Σχετλίη· οὔ τις τήνγε φιλεῖ βροτός· ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης
Ἀθανάτων βουλῇσιν ἔριν τιμῶσι βαρεῖαν.
Τὴν δὲ ἑτέρην, προτέρην μὲν ἐγείνατο νὺξ ἐρεβεννή,
Θῆκε δέ μιν Κρονίδης ὑψίζυγος αἰθέρι ναίων
Γαίης τ' ἐν ῥίζῃσι καὶ ἀνδράσι πολλὸν ἀμείνω·
Ἥτε καὶ ἀπάλαμόν περ ὁμῶς ὀνίει ἔργον ἐγείρει.
Εἰς ἕτερον γὰρ τίς τε ἰδὼν ἔριθον γαπτάων
Πλούσιον, ὃς σπεύδει μὲν ἀρόμεν ἠδὲ φυτεύειν,
Οἶκόν τ' εὖ θέμενος, ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων
Εἰς ἄφενος σπεύδοντ· ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι.

Et figulus figulo succenset, & fabro faber,
Et mendicus mendico inuidet, cantórque cantori.
Perse, tu verò hæc tuo repone in animo, (*ducere,*
Ne te malis gaudēs cōtentio animum tuum ab opere ab-
Lites sectantem, forique auscultatorem existentem.
Cura namque parua est esse debet litiúmque forique,
Cui non sit victus domi in annum repositus,
Tempestiuus, *quem terra fert, Cereris munus.*
Quo satiatus lites ac rixam moueas
De facultatibus alienis: Tibi verò non amplius erit iterū
Sic faciendum. Sed rursus discernamus litem
Rectis iudiciis, quæ ex Ioue sunt optima.
Nam nuper quidem patrimonium diuisimus: aliaque
Rapiens ferebas, valde demulcens reges (*multa*
Donuoros, qui hanc litem volunt iudicasse.
Stulti: neque sciunt, quanto plus dimidium sit toto,
Neque quàm magnum in malua & asphodelo bonum.
Occultatum enim habent dy victum hominibus:
Facile enim alioqui vel vno die tantum operatus esses,
Vt in annum quoque satis haberes, ociosus etiam:
Statímque temonem quidem super fumum poneres,
Opera verò boum cessarent, mulorúmque laboriosorum.
Sed Iupiter abscondit, iratus mente sua,
Quia ipsum decepit Prometheus *versutus.*
Quocirca hominibus parauit tristia mala. (*puer*
Abscondit verò ignem, quem rursus quidem bonus Iapeti
Surripuit ad hominum vsum, Ioue à consulto,
In caua ferula, fallens Iouem fulminibus gaudentem.
Húncque indignatus affatus est nubicoga Iupiter:
Iapetionide, omnium maximè versute,
Gaudens *ignē furatus quódq. animū meum deceperis?*
Id tibi que ipsi magnum erit malum, & posteris.
Ipsis namque pro igni dabo malum, quo omnes
Se oblectent animo, suum malum amplectentes.
Sic ait, risitque pater hominúmque deúmque.
Vulcanum verò insignem iussit, quàm celerrimè

Καὶ μεγαμβὶς κεραμεὺς κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονεῖ, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.
Ὦ Πέρση, σὺ δ' ταῦτα τεῷ ἐνικάτθεο θυμῷ.
Μηδέ σ' ἔρις κακόχαρτος ἀπ' ἔργου θυμὸν ἐρύκοι
Νείκεα πιπτύοντ', ἀγορῆς ἐπακουέμεν ἱέντα.
Ὥρη δέ τ' ἐλίγη πόλεμον νείκεών τ' ἀγορήων τε
Ὅ τινι μὴ βίος ἔνδον ἐπήετανος κατακείεται
Ὥρῃ ἐοῖ, ἣ γαῖα φέρει δημήτερος ἀκτήν.
Τοῦ κε κορεσσάμενος, νείκεα καὶ δῆριν ὀφέλλοις
Κτήματ' ἐπ' ἀλλοτρίοις. σοὶ δ' οὐκέτι δεύτερον ἔσται
Πολλ' ἔρδειν· δὴ αὖθι διακρινώμεθα νείκεα
Ἰθείῃσι δίκῃσι αἳ τ' ἐκ Διός εἰσιν ἄρισται.
Ἤδη μὲν γὰρ κλῆρον ἐδασσάμεθ' ἠγὰ τε πολλὰ.
Ἁρπάζων ἐφόρους, μέγα κυδαίνων βασιλῆας
Δωροφάγους, οἳ τοῖνδε δίκην ἐθέλουσι δικάσσαι.
Νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός,
Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.
Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισιν.
Ῥηϊδίως κέν τοι καὶ ἐπ' ἤματι ἐργάσσαιο,
Ὥς τέ σε καὶ εἰς ἐνιαυτὸν ἔχοι, καὶ νήδυμον εἴη.
Αἶψά κε παῦσαιμεν μετὰ κάπνοιο κακοῦ τε.
Ἔργα βοῶν δ' ἀπόοιτο καὶ ἡμιόνων ταλαεργῶν.
Ἀλλὰ Ζεὺς ἔκρυψε χολωσάμενος φρεσὶν ᾗσιν,
Ὅττι μιν ἐξαπάτησε Προμηθεὺς ἀγκυλομήτης.
Τοιοῦνεκ' ἄρ' ἀνθρώποισιν ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
Κρύψε δ' πῦρ· τὸ μὲν αὖτις ἐΰς παῖς Ἰαπετοῖο
Ἔκλεψ' ἀνθρώποισι Διὸς παρὰ μητιόεντος
Ἐν κοίλῳ νάρθηκι, λαθὼν Δία τερπικέραυνον.
Τὸν δὲ χολωσάμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς,
Ἰαπετονίδη πάντων πέρι μήδεα εἰδώς,
Χαίρων πυρ κλέψας, καὶ ἐμὲ φρένας ἠπαφεῦσας;
Σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα καὶ ἀνδράσιν ἐσσομένοισιν.
Τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακόν, ᾧ κεν ἅπαντες
Τέρπωνται κῆρ' θυμὸν ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες.
Ὡς ἔφατ' ἐκ δ' ἐγέλασσε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Ἡφαίστῳ δ' ἐκέλευσε περικλυτὸν ὅττι τάχιστα

Terram aqua miscere, hominisque imponere vocem,
Et robur immortalibus, vero deabus facie assimilare
Virginum pulchram formam peramabilem. ac Minerua
Opera docere, ingeniosam telam texere,
Et gratiam circumfundere capiti, auream Venerem,
Et desiderium molestum, & membra fatigantes curas.
Imponere verò caninamque mentem, & furaces mores
Mercurium iussit, nuntium Argicidam
Sic ait. illi autem obtemperarunt Ioui Saturnio regi.
Móxque ex terra finxit inclytus vtrinque claudus
Virgini verecunda similem, Iouis consilijs.
Cinxit verò, & ornauit dea glaucocula Minerua.
Circum verò Charitesque dea, & veneranda Suada,
Monilia aurea posuerunt corpori. ipsam porrò
Hora pulchricoma coronarunt floribus vernis.
Omnem verò illius corpori ornatum adaptauit Pallas
At in pectore sanè nuncius Argicida, (Minerua
Mendacia, blandósque sermones, & dolosos mores
Collocauit Iouis consilijs grauistrepi. sed vocem vtique
Imposuit deorum praeco. appellauit autem mulierem hãcce
Pandoram: quia omnes cœlestium domorum incolæ
Donum contulerunt, detrimentum hominibus curiosis.
At postquam dolum perniciosum & inenitabilẽ absoluit,
Ad Epimetheam misit pater inclytum Argicidam Merc.
Munus ferẽtem deorum celerem nuncium. neq. Epimetheus
Cogitauit vt illi praecepisset Prometheus, ne quãdo munus,
Susciperet à Ioue Olympio, sed remitteret
Retrò, necubi mali quippiam mortalibus fieret.
Verùm ille suscipiens, cùm iam malum haberet sensit.
Prius namque in terra vitebant familia hominum
Sine & absque malis, & sine difficili labore,
Morbisque molestis, qui hominibus afferunt.
Mox enim in afflictione mortales consenescunt.
Sed mulier manibus vasis magnum operculum dimouẽs,
Dispersit, hominibus autem machinata est curas graues.
Sola verò illic Spes in infracta domo dolio,

Τῶν οὐδὲ φύγοιεν, ἐπὶ δ' ἀνθρώπῳ θέμις ἀνδάνῃ
Καὶ ἀνάγκῃ· ἀθανάτοις γὰρ ἐν θεοῖς εἰς ὄπιν εἴκει
Παρθενικῆς καλὸν εἶδος ἐπήρατον αὐτὰρ Ἀθήνη
Ἔργα διδασκήσασ', πολυδαίδαλον ἱστὸν ὑφαίνειν
Καὶ χάριν ἀμφιχέαι κεφαλῇ χρυσέῃ Ἀφροδίτῃ,
Καὶ πόθον ἀργαλέον, καὶ γηρηκόρους μελεδώνας·
Ἐν δὲ θέμεν κυνέόν τε νόον καὶ δόλιον ἦθος
Ἑρμείην λύσαντα διάκτορον ἀργεϊφόντην
Ὣς ἔφατ'· οἱ δ' ἐπίθοντο Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι.
Αὐτίκα δ' ἐκ γαίης πλάσε κλυτὸς Ἀμφιγυήεις
Παρθένῳ αἰδοίῃ ἐοικυῖαν, Κρονίδεω διὰ βουλάς·
Ζώσε δὲ καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη·
Ἀμφὶ δὲ οἱ Χάριτές τε θεαὶ καὶ πότνια Πειθὼ
Ὅρμους χρυσείους ἔθεσαν χροῖ· ἀμφὶ δὲ τήνγε
Ὧραι καλλίκομοι στέφος ἄνθεσιν ἐαρινοῖσιν·
Πάντα δὲ οἱ χροῒ κόσμον ἐφάρμοσε Παλλὰς Ἀθήνη.
Ἐν δ' ἄρα οἱ στήθεσσι διάκτορος Ἀργεϊφόντης
Ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους καὶ δόλιον ἦθος
Τοῦξε, διὸς βουλῇσι βαρυκτύπου· ἐν δ' ἄρα φωνὴν
Θῆκε θεῶν κήρυξ, ὀνόμηνε δὲ τήνδε γυναῖκα
Πανδώρην, ὅτι πάντες ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
Δῶρον ἐδώρησαν, πῆμ' ἀνδράσιν ἀλφηστῇσιν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ δόλον αἰπὺν ἀμήχανον ἐξετέλεσσεν,
Εἰς Ἐπιμηθέα πέμπε πατὴρ κλυτὸν Ἀργεϊφόντην
Δῶρον ἄγοντα, θεῶν ταχὺν ἄγγελον· οὐδ' Ἐπιμηθεὺς
Ἐφράσαθ' ὡς οἱ ἔειπε πολυμήτης μή ποτε δῶρον
Δέξαιτ' παρὰ Ζηνὸς ὀλυμπίου, ἀλλ' ἀποπέμψαι
Ἐξοπίσω, μή πού τι κακὸν θνητοῖσι γένηται.
Αὐτὰρ ὁ δ' ὀξάμενος, ὅτε δὴ κακὸν εἶχε, νόησε.
Πρὶν μὲν γὰρ ζάοντες ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων
Νόσφιν ἄτερ τε κακῶν, καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο,
Νούσων τ' ἀργαλέων, αἵ τ' ἀνδράσι γῆρας ἔδωκαν.
Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι.
Ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθου μέγα πῶμ' ἀφαιροῦσα
Ἐσκέδασ' ἀνθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά.
Μούνη δ' αὐτόθι Ἐλπὶς ἐν ἀρρήκτοισι δόμοισι

Intus mansit, dolij sub labru, neque foras
Euolabit. prius enim iniecit operculum dolij.
Egiochi consilio Iouis nubic ga.
Alia verò innumera mala inter homines errant.
Nam plena quidem terra est malis, plenúmque mare.
Morbi autem hominibus tam interdiu quàm noctu
Vltro oberrant, mala mortalibus ferentes
Tacite: nam vocem exemit consultor Iupiter.
Sic nusquam licet Iouis mentem euitare.
Caterùm si voles alium tibi sermonem paucis absoluam.
